

Prouocat æthereos, & noctem ducere terris  
 Incipit, exoriens ecce hæc Cytherea mouebit.  
 Vere caueite imbres & fulmina culmine ab alto,  
 Phrixum rutilo pecus irradiauerit astro,  
 Nubila commixtusq; fragor pluuiialibus undis,  
 Flaminâq; assiduo terris tum stantia pulsu.  
 E cœlo diti deiecti grandinis ictus.  
 Vere magis nitido tauri cum sidere fulxit,  
 Appota geminis eadem constantia præstat,  
 Cum dederit soles inducit nubila cœlo,  
 Nubila cum fuerint subitos mirabere soles  
 Et modo te uento gelido modo protinus imber,  
 Lucent alterna superabit nube serena.  
 Sin leuis ingressa est spatiosi sidera cancri,  
 Pacem mundus habet, nonnulli corpore soles  
 Pestiferi incendunt: non sidera densa solutos,  
 Astringunt artus alieno tempore lenis,  
 Omnia pacato tum sidere temperat aër.  
 Ac rapidis idem ne solibus æstuet orbis  
 Efficient magni conspecta signa leonis.  
 Virgine erunt pluuiæ, pleriq; in nube fragores,  
 Concaua quos reddunt incluso nubila uento.  
 Detrahit autumno pluuias eademq; repellit,  
 Nubibus assiduis, cœlumq; ob frigora prima.  
 Extremum autumnum superent glacialia terræ.  
 Scorpios at raris ne quis caua terra grauetur,  
 Horrebit pluuiis ad diros omnia nimbos,  
 Continuisq; ruit cum per sinuosa tenetur.  
 Cornua centauri rapida distincta sagitta,  
 Aegoceros imbres & crebro lumine ruptos  
 Nubibus elidet sonitus, tremuloq; nitore.  
 Flagrantis teli mortalia numina uincant.  
 Hæc eadem fundens prædicit Aquarius imbrem  
 Extremis sæuis maria increbrescere uentis.  
 Ostendunt pisces Veneris quos stella notatit.  
 Et quoniam certis extat uia cognita signis,  
 Accipe quid moueat mundo Cyllenius ignis.  
 Si modo Phœbei flammæ euaserit axis.  
 Matutina ferens solitos per sidera cursus,  
 Cum pecudum uillis autatam fulserit astrum,  
 Ventorumq; graues & diræ grandinis itæ.  
 Non intermisso patienti tempore surgent,  
 Qui pluuias alias etiam in regione notabis  
 Affore non omni, nanq; est tunc imber in aruis.  
 Ast ubi se taurus sinuatis cornibus effert,  
 Grandine significat geminis tranquilla sereni,  
 Et placidum nautis spondet cœlumq; fretumq;  
 Nubila atq; imbres æstus ac frigora miscet.  
 Certior ardor erit quamuis iuuet aura fauoni,  
 Cum uasti calida radiabit sede leonis,

q 2 **Templa**